Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



quia absistis est detra vnicui: Ecce scelus quod mecum commisisti eis. Et dab
impios pro sepultura. et diuite pro morte sua. eo quod iniquitatem non fecit
nec dolus fuit in ore eius. Et dominus voluit contere eum in infirmitate.
Si posuit pro peccato animam suam: videbit semen longeuum. et voluntas domini in manu eius diriget. eo quod tradidit in mortem
animam suam. et cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multorum
tulit. et pro transgressoribus rogauit ut non perirent. Dicit
dominus omnipotens. Passio domini nostri ihu xpi secundum lucam.

Illo tempore. Appropinquabat autem dies festus azimorum: qui
dicitur pascha. Et quaerebant principes sacerdotum et scribae quomodo eum in
terficerent timebant uero plebem. Introiuit autem satanas in iudam
qui cognominabatur scariothis unum de duodecim: et abiit et locutus
est cum principibus sacerdotum et magistratibus quemadmodum illum
traderet eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecunia illi dare. Et
spopondit. Et quaerebat opportunitatem: ut traderet illum sine turbis. Venit autem dies azimorum in qua necesse erat occidi pas
cha. et misit petrum et iohannem dicens. Euntes parate nobis
pascha: ut manducemus. At illi dixerunt. Vbi uis paremus.
Et dixit ad eos. Ecce introeuntibus uobis in ciuitatem: occur
ret uobis homo amphoram aquae portans. Sequimini eum in
domum in qua intrat: et dicetis patrifamilias domus. Dicit
tibi magister. Vbi est diuersorium ubi pascha cum discipulis meis
manducem. Et ipse uobis ostendet cenaculum magnum stratum: et ibi
parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixerat illis: et parau
erunt pascha. Et cum facta esset hora discubuit: et duodecim
apostoli cum eo. Et ait illis. Desiderio desideraui hoc pascha man
ducare uobiscum: ante quam patiar. Dico enim uobis quia
ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno dei. Et
accepto calice: gratias egit et dixit. Accipite et diuidite inter